Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



87

eget an qui habundat? cui possessio quo est
maior · eo plus requirit ad se tuendam · an
qui suis uiribus se sustinet? Sed quid ego
de me loquor? qui morum ac temporum
uitio · aliquantum etiam ipse fortasse hui⁹
seculi errore uersor Marcus Manilius
patrum nostrorum memoria ne semper cu
riosos & lusanos loquamur pauper fuit tan
dem · habuit enim ediculas in carinis
& fundum in Lacopo · Nos igitur diciores
q plura habemus uitam quidem sed no
exstimacione census: uerum uictu atq;
cultu terminatur pecunie modus Non
esse cupidum pecunie · est non esse emacem
uectigalium · Contentum uero rebus suis
esse · maxime sunt certissimeq; diuicie · Et
enim si isti callidi rerum estimatores pra
ta & areas quasdam magni estimant:
q ei generi possessionum minime quasi no
ceri potest · neq; naufragio · neq; incendio ·
amittitur · quanto est estimanda uirtus que